ARTS DEPARTMENT.

[NOTE.—We give this month a selection from the Classical Examination Papers of the University of Toronto, for Senior Matriculation; also a number of Original Mathematical Problems from several esteemed Contributors. ARCHIBALD MACMURCHY, M.A., Math. Ed. C. E. M.]

UNIVERSITY OF TORONTO ANNUAL EXAMINATIONS, 1879.

SENIOR MATRICULATION AND SUPPLEMENTAL.

LATIN.

I.

Translate:

Cum hæc dicerentur audirenturque et deploratum pæne Romanum nomen in concilio sociorum fidelium esset, dicitur Ofillius Ca-vius Ovii filius, clarus genere factisque tum etiam ætate verendus, longe aliter se habere rem dixisse: silentium illud obstinatum fixosque in terram oculos et surdas ad omnia solatia aures et pudorem intuendæ lucis ingentem molem irarum ex alto animo cientis indicia esse. Aut Romana se ignorare ingenia, aut silentium illud Samnitibus flebiles brevi clamores gemitusque excitaturum, Caudinæque pacis aliquanto Samnitibus quam Romanis tristiorem memoriam fore: quippe suos quemque eorum animos habiturum ubicumque congressuri sint, saltus Caudinos non ubique Samnitibus fore. LIVY ix. ch. 7.

1. Mark the quantity of *ubique*, and give the meaning of the same word with the other quantity.

2. What would be the more common form instead of *fore* here?

II.

Translate:

Mercuri, facunde nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus et decoræ
More palæstræ,

Te canam, magni Jovis et Deorum
Nuntium curvæque lyræ parentem,
Callidum, quidquid placuit, jocoso
Condere furto.

Te, boves olim nisi reddidisses
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.

Quin et Atridas duce te superbos
Ilio dives Priamus relicto
Thessalosque ignes et iniqua Trojæ
Castra fefellit.

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus virgaque levem coërces
Aurea turbam, superis Deorum
Gratus et imis.

HORACE, *Odes* I., 10.

1. Scan the first stanza, marking the quantity of each syllable, and give the names of the metres.

2. Parse *Mercuri, formasti, reddidisses, pharetra, superis.*

3. Decline together *voce minaci.*

4. Give the principal parts of *canam, condere, terret, fefellit, coërces.*

5. Explain the force of *animas reponis.*

III.

Translate:

Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Evandri; passimque armenta videbant
Romanoque foro et lautis mugire Carinis.
Ut ventum ad sedes: "Hæc," inquit, "limina victor
Alcides subiit; hæc illum regia cepit.
Aude, hospes, contemnere opes, et te quoque dignum
Finge Deo, rebusque veninon asper egenis."